

OVIDII METAMORPHOSES LIBER I

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo,
sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat.
poena metusque aberant, nec verba minantia fixo
aere legebantur, nec supplex turba timebat iudicis
ora sui, sed erant sine vindice tuti. nondum caesa
suis, peregrinum ut viseret orbem, montibus in
liquidis pinus descenderat undas, nullaque mortales
praeter sua litora norant; nondum praecipites
cingebant oppida fossae; non tuba directi, non aeris
cornua flexi, non galeae, non ensis erat: sine militis
usu mollia securae peragebant otia gentes.

A primeira nascida foi a idade de ouro, que cultivava a lealdade e o certo espontaneamente, sem qualquer procurador, sem lei. Não havia condenação ou medo, nem se liam palavras ameaçadoras no bronze firme, nem a multidão suplicante temia a face de seu juiz, pois mesmo sem defensor estavam seguros. O pinho ainda não descera, depois de cortado, dos seus próprios montes em direção às ondas translúcidas, para inspecionar o mundo estrangeiro. Os mortais não conheciam quaisquer praias além das suas próprias. Fossas íngremes ainda não cingiam as cidades. Não havia trombeta de bronze reto, nem chifres de bronze curvo; nem espadas, nem elmos. Sem usar de soldados, os povos aproveitavam, seguros, uma doce tranquilidade.

REFORMULAÇÃO EM PROSA

Prima sata est aetas aurea, quae colebat fidem et rectum, a sponte sua, cum vindice nullo, sine lege. Poena et metus aberant, nec verba minantia legebantur fixo aere, nec supplex turba timebat ora sui iudicis, sed erant tuti sine vindice. nondum pinus, caesa suis montibus, descenderat in liquidas undas ut viseret orbem peregrinum, et mortales norant nulla litora praeter sua; nondum fossae praecipites cingebant oppida; non erat tuba directi aeris, non cornua aeris flexi, non galeae, non ensis: sine militis usu securae gentes peragebant mollia otia.